

29. Et tamen forma hac nobilior. Scalig. in d. lib. 2. Arist. de plant. fol. 87.

30. Idq̄, tum RATIONE MATERIÆ, tum RATIONE COMPOSITI.

31. RATIONE MATERIÆ. Nam ut proficiscitur à Datore: ita dat ipsa materiæ, ut sit hoc quiddam, & quasi facit eam. Scalig. d. l.

32. Quasi facit, dico. Propterea quod materia est per se Ens. Scal. d. l.

33. Est enim substantia per se, etiam se juncta advenientis formæ ratione. Scal. d. l.

34. Non igitur esse facit eam SIMPLICITER; sed ut sit hoc, aut hoc sub se, id est, sub forma quæ illi est adventitia. Scal. d. l.

35. Nam materiæ ipsi est suum ἡ ἴδιον ἔχειν, quo non est forma. Scalig. d. l.

36. RATIONE COMPOSITI. Forma enim dat essentiam. Scalig. 4. de caus. lat. ling. c. 91. pag. 211.

37. Sui ipsius communicatione. Goclen. 1. Instit. Log. pag. 96.

38. Unde ἡ τελεώσις ἡ ἐντελέχεια vocatur. Eleganter Scaliger Exerc. 307. sect. 12. 14. & 39.

39. Et principium individuationis rectè statuitur. Quo de fusius nostris in Physicis Exerc. 19. th. 5.

40. Hinc forma dicitur esse, quæ dat esse rei.

41. Plenarium puto & perfectum planè.

42. Nam & abhinc materia non omninò potest excludi aut secludi.

43. Materia est subjectum, ex quo cum forma totum constituitur inquit Philippus lib. 2. Phys. pag. 218.

44. Materia quoq̄ ipsa nonnihil efficere videtur, puta, existentiam dare formæ inquit Scalig. in d. 2. Arist. de plant. fol. 87.

45. Alioquin inter causas non esset digna recenseri, si pateretur tantum. Scal. d. l.

46. Causæ enim quidditas perfectio est. Scal. d. l.

47. Est autem perfectio totius à parte. Scal. d. l.

48. Pars autem etiam materia est. Scal. d. l.

49. Cujus & hic perfectio, hoc esse, quod ut sit factum est Scal. d. l.

50. Forma quidem dat hoc, sed non absq̄ materia. Scal. d. l.

51. Hæc perfectio ἐντελέχεια est & vis aliquid faciendi. Scalig. d. l.

52. Et